

lem, etiam si in se indivisibilis sit, nō limitari ad exhibendam præsentiam substantiæ suæ in toto & indivisibili, sed posse hñc substantiam suam realiter præsentem in loco indivisibili, & extenso, quod nobis experimento constat in aia rōnali, q̄ diffusa est per totū corpus, & necesse est vt tota sit in toto, & tota in qualibet parte: vnde facile in telligimus, hunc modum præsentiae convenire substantiæ angelicæ, q̄ perfectior est, nam cum potissibilis sit ille modus præsentie, & per se loqueretur, ad perfectionem spectet, s̄o est negādus sup. rōri substantiæ, cum inferiori conveniat. Ex quō tā dem evidentiū cōcluditur habere Deū hunc præsentem modum. Addenda verō est dīa inter divini substantiam, & alias immateriales creatas, q̄ creatæ, et si possint divisibilia spacia occupare, non tñ naturali necessitate determinantur ad existendum in locis adæquatis, sed sicut aia rōnalis potest esse in maiori & minori corpore, & cōsequēter potest esse præsens maiori, vel minori loco seu spatio, ita etiam angelica substantia potest intrā suam spheram maiori, vel minori loco adesse, si cur et potest pro sua libertate in maiori vel minori loco operari. At verō divina substantia naturali necessitate definitur ac determinatur vt sit actus præsentis, vbi curq; esse potest, siue hæc præsentia per ordinē ad loca realia, siue ad spacia imaginaria tā nobis concipiatur & declaretur. Ita tñ vt respectu spatii imaginarij intelligatur simpliciter, respectu verō locorum realium ex suppositione, q̄ illa sint, possunt nō esse pro Dei voluntate, q̄ si non essent, nec in illis esset Deus: si autem sunt, necessario in illis est Deus. Ratio huius est, quia hæc præsentia quatenus in Deo est aliquid reale, non est aliqua res, nec modus ex natura rei distinctus à substantia eius, nā hoc repugnat simpliciter eius, vt ex superius dictis constat: ergo tā necessario convenit Deo sicut ipsamet substantia Dei: sicut ergo Deus naturali necessitate est æternus, & semper actus est in omnibus temporibus aut veris, aut imaginarijs, servata proportione: ita et naturali necessitate est sepe actus præsens vbi curq; esse potest. Pertinet et hoc ad ipsius immutabilitatem: Angeli nō ideo sunt loco mutabiles, q̄a naturali necessitate definiti ad certum locū, nec ad æquatum locum, hæc autem mutabilitas Deo repugnat, vt postea videbimus: ergo necesse est vt semper actus habeat ad æquatam præsentiam suæ substantiæ, quam ex parte sua habere potest ad quatenusque res vel spacia.

XLV.
Dei præsentia q̄ a quovis spatio reali absoluta cētur, nullis est terminis clausa.

Reliquū est vt probemus hunc modum præsentiae, qui naturaliter convenit substantiæ diuinæ, non posse esse limitatū ad finitum locū, vel spaciū; nā hoc demonstrato, conitabit illā substantiam esse ex natura sua immensam, quia, vt diximus immensitas nihil aliud est q̄ hæc præsentia quantum est ex parte Dei, sine vilo fine aut termino. Illud autē evidenter sequitur ex attributo infinitatis. Potestq; illatio variis modis declarari, primo quia quō substantia spiritalis finita, est perfectior, eo aptior est vt se ipsam totam maiori spatio præsentem exhibeat, & crescente perfectione creicit spherā huius præsentiae: ergo, si substantia est infinita per se facta, non potest naturalis præsentia eius limitari ad spheram finitā: alias sequetur illud in conveniens quod supra insinuatimus, scilicet, substantiā finitam & infinitā, esse æquales in hu-

A iusmodi spherā, quia nullum signari potest finitum spaciū, cui totū non possit esse præsens substantia immaterialis finita, cum in perfectione huiusmodi substantiæ possit in infinitum procedi, vt supra simili argumentabamur.

B Secundo, quia hæc ipsa præsentia est aliqua perfectio: ergo esse debet in Deo in summo gradu perfectionis illius ordinis, quia talis perfectio nō repugnat alicui maiori perfectioni, sed summus gradus huius perfectionis est vlla præsentia ex se nullum habeat terminum, sed sit sufficiens ad oia spacia seu corpora replenda divina substantia, etiam si in infinitum augetur: ergo infinita Dei perfectio requirit hæc præsentiam in hoc summo gradu perfectionis. Et confirmatur, nam ceteris paribus hoc ipso q̄ spiritalis substantia apprehenditur capax huius præsentiae, concipitur perfectior, quā si ad finitum spaciū limitata intelligatur: ergo priori modo se habet divina substantia, cum illa talis sit vt melior aut perfectior cogitari non possit. Quōd si quis dicat, illa perfectionem, vel modum illū infinitæ præsentiae esse impossibilem, eodem modo responderetur de quacunque alia divina perfectione, seu infinito gradu eius. Oportet ergo vt cōtradictio vel repugnantia ostendatur, quæ reuera nulla est. Imō intellectus facile concipit hæc perfectionē vt possibilem, imō vt convenientē illi aī naturæ infinite.

C Tercio hoc ipsum probari potest ex his, quæ p̄missimus. Non nō potest divina substantia ratione aliqua determinari necessario ad vnam & eandem immutabilem præsentiam, si illam solum possit finitū spatio aut corpori exhibere, cum enim hoc spaciū sit multiplex, & varium, nulla ratio esset cur potius ad vnum quā ad aliud naturaliter determinaretur. Aut enim concipimus illud spaciū vacuum, & sic est vniuersum, & æque inane, cur ergo definitur substantia diuina ad exhibendam præsentiam suam in vna parte eius potius quā in alia? Si verō consideremus spaciū reale & corporibus plenum, fingamus Dei creaturē duos vel tres mundos, cur naturali necessitate exhiberet potius præsentiam suam vni eorum q̄ alteri: vel vni ponatur esse in hoc mundo, cum non repugnet aliam perfectionem fieri, cur repugnabit illuc transferre præsentiam suam? Idemq; argumentum fieri potest inter corpora eiuſdem mundi, si in aliquo hæc præsentia determinata & limitata ad aliquod illorum. Igitur naturalis illa determinatio omnino non potest nisi ex infinitate, nam quia illa præsentia immensa est, & infinito quoddam ac ineffabili modo diuinæ substantiæ conuenit, ideo semper eodem modo se exhibet præsentem omnibus vbi curq; & quomodocunq; sint. Quin potius si diuina substantia tantum est apta ad existendum in loco spatio magna effectus in perfectione, esse quasi alligatam naturali necessitate illi loco, vel spatio, sed melius illi esset per voluntatem sibi determinare modum præsentie, aut locum in quo esse vellet. Hoc tamen aliunde derogat immutabilitati, & ideo non ipse cōtat ad perfectionē simpliciter, sed supposita aliqua imperfectione. Et propter hoc in alijs substantijs immaterialibus supposita imperfectione q̄ loca habent limitata modis melius est posse se mouere, & ab vno loco in alium transferre, quā esse immutabiles, & alligatas singulis locis.

XLVI.
Talis præsentia in Deo

XLVII.
Nullus est terminus præsentie potest esse nisi in rationabiliter.

XLVIII.
Nullus est terminus præsentie potest esse nisi in rationabiliter.

XLIX.

L.

L.

L.